



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Infamia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

*Infamia, vide Irregularitas,
Iudiciales actus.*

¹ Infamia facti fit crimen notorio, vel opinione multorum proborum virorum; non sufficit autem rumor sparsus, & creditus apud aliquos, nec si sit ortus ab inimicis: nec si quis in iudicio sit confessus; non enim habetur confessus pro condemnato: nec si per Procuratorem litigans condemnatur. Tollitur vero per factum contrarium². Repellit autem, dum durat, à dignitate, à iudicando (non autem ab arbitrando) procurando, testificando in causa criminali, accusando, postulando, & ab Ordinis susceptione, aut beneficij.

* Vide Syl. verf. *Infamia, cap. I. Fum. eod. I.*
Tolletur ³ *Syl. l.c. 7.*

² Infamia Iuris fit sententia definitiva super crimen publico, aut quibusdā priuatis, vt furto, usura, sacrilegio, incestu, homicidio, periurio, adulterio, veneficio, (vide 6. q. *infamer.*) & aliquando ipso facto, vt si quis in adulterio deprehendatur, aut duas habeat uxores, aut sponsas. Quidam tamen aiunt, semper requiri sententiam. Tollitur autē per principem non agnoscētēm Superiorem.

* Vide Syl. nu. 8. & 9. l.c.

³ Infamia iuris tollit Ordinis executionem, & dignitatis exercitium, & honorem, & re-

O pellit

INFAMARE.

314

pellit à beneficij, & Ordinis successiope. Dispensat autem Papa, & in quibusdam Episcopus.

*Vide Syl. l.c.nu.15. Fum.num.4.

4 Infamis Iure Ciuali, regulariter est etiam infamis Iure Canonico.* Syl.l.c.nu.11.

5 Ob crimen læsæ maiestatis infames sunt etiam filij & nepotes.

6 Infamia ex delicto proprio, aut parentum, tollitur Baptismo.

Infamare, & fama, vide Confessio, Iniuria, Iudiciales actus.

1 **I**nfamare se grauiter, & falso, mortale est peccatum, & cum obligatione restitutio-
nis, secundum quosdam: quod vtrumque
alij negant. At Aug. 1. de ciuitat. c. 20. mortale
esse indicat: certè in re valde graui ita
videtur: imò etiam cum se quis infamat ve-
rum dicendo, potest & id mortale esse, ex scā-
dalo, vel damno sequenti; alioqui proprium
peccatum prodere, veniale est: qui verò facit
timore tormentorum, etiam se ea proditione
periculo mortis exponens, nec videtur con-
demnandus peccati, nec obligandus ad resti-
tuendum, vel sibi, vel alteri, qui fortè ex eo
læditur. Licet etiam prodere tuum crimen,
cum vides alteri falso imponi, sed non tene-
ris; potes etiam tacere, cum tibi crimen im-
ponitur, quod alijs fecit.

*Morta-